

jus fructus sunt turbinati et majores, foliola alterna, 0,^m15 longa et lata, longe acuminata, extrema angustiora et ad margines tenuissime ciliata.

Hab. *ad fluvium Jamundá.*

Pinnatifolia. § holacantha.

*

(PINNATIFIDA)

13. *B. acanthocarpa*. var. *excapa*. — Palma acauli; spadice erecto, e solo emergente, aculeis nigris, erectis foliolis linearibus (0,^m02 latis), habitu sub-crispo.

Hab. *in silvis ad fluvium Capim et Parauacu confluentis amnis das Trombetas. Vulgo appellatur marajá piranga. Fructus maturescunt februario.*

(Barb. Rod. hb. Palm 234)

14. *B. linearifolia*. — Stipite humili, inermi, erecto cæspitoso. Frondes pectinatæ; petiolus invaginanans, aculeatus (aculeis acicularibus, magnis et nigris); rachis filiforme prolongata ultra extrema foliola, quæ sunt linearia, acuminata, marginibus ciliatis; spadix sub-erectus 2-3-partitus; spatha interior ad verticem aculeata. Bacca subglobosa, rubra, inermis.

Hab. *in virgultis prope urbem Provincia Paraensis*